



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CCLXXII. Ioannis Papae VIII. Ad Romanvm Archiepiscopvm Ravennatem. Arguit eum, quod alterius legitimam vxorem raptori tradi consenserit, & Romanae ecclesiae ausus fuerit aduersari: has ob ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

turbare, saluare, & non perdere statuimus. Tamen cum nos, Deo volente, Neapoli, quo nunc proficiscimur, fuerimus reuersi; & aut tu, secundum nostram tibi iussionem directam, Romam veneris, aut nos vel missus noster istas in partes venerimus, plenariam de omnibus, quæ tuæ ecclesiæ cognouerimus esse necessaria, iustitiam omnimodo faciemus. Defuncto præterea ecclesiæ Fauentinæ episcopo præuidimus hunc Dominicum venerabilem archidiaconum, sedis ipsius honore episcopali dignum existere. Hoc auctoritatis nostræ statuto præsenti dilectioni tuæ præcipimus, ut absque omni mora, vel protelatione eudem archidiaconum studeas secundum morem episcopum consecrare. Nam si aliqua temeritate deprauatus, hoc contra tuæ sponsionis iuratoriam paginam præsentaliter facere contempseris, pro certo scias quia nos ipsius ecclesiæ curam & solitudinem habentes, iam fatum archidiaconum ad nos ex nostra præceptione illico reuertentem episcopum consecrabimus. Data vt supra.

EPISTOLA CCLXXII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ROMANVM ARCHIEPISCOPVM
RAVENNATEM.

Arguit eum, quod alterius legitimam vxorem raptori tradi consenserit, & Romanæ ecclesiæ ausus fuerit aduersari: has ob causas illum a conferendis sacris ordinibus suspendit, donec a Synodo, ad quam eum iubet venire, eius causa cognoscatur.

*Romano archiepiscopo Rauennati missa per Deltonem
venerabilem episcopum.*

INTER cetera quæ de te audiuiimus, veniens Deus dedit dux retulit nobis, quod vxorem illius, de qua legaliter diffinitum est, ad te callide venire fecisses, & alteri viro raptori in stupro vtique tradidisses: quod nimirum tanti flagitii scelus te, iuxta tuum ministerium, omnimodis prohibere, ac funditus refecare oportebat: tu autem consensum illicite præbuisti. Cognoscimus etiam multis indiciis, quod ausu temerario contra sanctam & dominam

tuam Romanam ecclesiam recalcitrare , & contra tuæ iuratoriæ sponsonis tenorem luculentissime agere nullatenus dubitasti. Vnde auctoritate Dei & beati Petri , nostra que tibi præcipimus , & præsenti statuto iubemus , vt nullam omnino sacerdotalem ordinationem pro talibus , quibus es irretitus criminibus , facere quoquomodo præsumas , donec viii. Kalendas Octobris futuræ quintædecimæ indictionis , ad Synodum , quam , Deo fauente , pro ecclesiasticis videlicet utilitatibus , secundum sanctorum patrum statuta celebratur erimus , omni postposita occasione venire procures : quatenus synodali decreto ea , quæ de te didicimus , examinata canonicum finem percipient . Data ut supra .

EPISTOLA CCLXXXIII.
IOANNIS PAPÆ VIII.
AD EVMDEM.

Iubet Placentinos clericos , quos sine commendatitiis literis ad eum confugientes receperat , ad eorum episcopum remitti ; eiusdem etiam ecclesiæ clericos absoluī , donec cum eis ad Synodum veniat .

*Reuerendissimo & sandissimo Romano archiepiscopo
Rauennati.*

INTER ceteras proprii affectus rationes incongruas , quibus te ipsum quotidie mente improuida * insertiri non dubitas , Paulo carissimæ Placentinæ ecclesiæ antistite ad aures apostolatus nostri humiliiter reclamante didicimus , quod clericos ipsius ecclesiæ regulæ normam sectari nolentes , & idcirco sine commendatitiis utique literis ad te confugientes , contra sacra beatorum patrum statuta receperisses , receptosque tibimet famulari decernas . Quod nimur propter multam perturbationem , & seditiones , quæ sæpe fiunt , auctoritate apostolica , & sanctorum patrum præcipua institutione amputare volentes , reuerentia tuæ iubemus prædictæ ecclesiæ * Fauentinæ clericos , quos penes te enormiter habere videris , & præcipue Gau-<sup>* Placentinæ
rum</sup> sum diaconum , de præsenti suo reddere , vel dirigere procures episcopo . Quia non licet quemlibet clericum in dua-